

manducare: ubi fit disceptatio, et adjudicatio damnatorum per hujusmodi operum omissionem. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam. LECTIO 7. c. 1. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventuræ Ep. Spec. B. V. c. 9.

Attendite, carissimi, quòd Dominus noster specialis, qui est cum MARIA, ipse est Dominus justissimus aequitate, sicut bene de Domino isto in Psalmis dicitur: Justus Dominus et justitias dilexit... Ecce MARIA, qualis Dominus est, quam justissimus Dominus est, qui tecum est. Et quia Dominus justissimus est tecum, ideò et tu es justissima secum.

Bened. Cujus Justitiam.

LECTIO 8.

Tu enim es Virga Aaron recta, florida et fructifera. Recta, immò rectissima per justitiam et aequitatem. Florida per Virginitatem. Fructifera per fecunditatem. (Lect. 9.) Quæ enim esset Virga recta, si non virga Aaron esset recta? Quæ anima esset justa, si non MARIA esset justa? Hoc est quod Bernardus dicit: Quis justus, si non MARIA justa, de qua ortus est sol justitiæ? Dominus ergo tecum, ò MARIA justissima. Tu.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Sanelo Joanne Damasceno.

Spinelli.

Cum Sanctus Joannes Damascenus, exortà Leonemachorum hæresis, eam acerrimè confutasset, Leonis Isauri Imperatoris Constantinopolitani in eum odium usque adeò concitavit, ut cum ei in Sarracenorum

ditione degenti, apertè vi nocere nequiquam posset, effictam Epistolam ad Sarracenum principem misit Isaurus, quâ ad occupandum Damascum ab ipso Joanne invitabatur. Sarracenus acceptam Epistolam Joanni ostendit, qui cum illam fecisse negasset, dexteram illicò amputari jubet, et in foro suspendi. Joannes maxime dolens ad Dei Genitricem confugit, et ante ejus imaginem provolutus enixè deprecatus est: At postquam aliquantulum obdormisset, experrectus excisam manum sanalam conspexit, manente quadam linea, ut verissima excisio ostenderetur. Imago autem ante quam Joannes Deiparam oravit, Venetias delata in templo Pacis religiosè asservatur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bernardo Abbate.

Serm. 9. ex parvis.

500. Justitiæ præfert insigne Deipara, ubi se ancillam Domini confitetur. Nam quòd justorum sit confessio, testatur qui ait: Veruntamen justî confitebuntur nomini tuo, et habitabunt recti cum vultu tuo. Tu.

Vesperæ à Capit. sequentis.

FESTA MAJI.

DIE I.

CONVERSATIO B. V. CUM FILIO RESURR.

Duplex.

Omnia de Comm. temp. paschali.

Lect. 1. Noct. fer. occur.

IN II. NOCT.

Sermo Sancti Hildephonsi Arch. Toletani.

Serm. 5. in assumpt. B. V.

LECTIO 4.

Si enim scire volumus quid Dei Ge-

nitrix post Resurrectionem Domini, antequàm ipse cœlos ascenderet, agebat, sine dubio loca Dominica Nativitatis, Passionis, sepulturæ et resurrectionis frequentè circumiens invisere cupiebat. In eisdem etiàm locis lacrymas fudebat, et sanctissimi oris sui oscula dulcissima imprimebat. Deindè ad notum sibi refugium, apostolicum videlicet contubernium, post initium dominicorum locorum, cum gaudio remeabat. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Apostolorum conventui nobili contubernio semper adhærebat sanctissima Virgo: cum illis semper habitabat, seseque Dominicis conspectibus frequentè presentari gaudebat. Eam verò optimam partem, quam Soror Marthæ Maria in specie et figurâ gerebat, Deigenitrix reverà firmissimè retinebat, et cum apostolis de humanis Christi actibus, ut veritè ac specialitè conferebat, ut ab eâ discerent, qualitèr arcanum tanti mysterii et ipsi crederent, et lucidius aliis enarrarent, et cum oportuum fuerit, sine omni ambiguitate scriptis mundo transmitterent. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Sermo S. Hieronymi Presbyteri.

Serm. de Assumpt. inter ejus opera.

Quamvis jam in Spiritu esset, tamen dum in carne vixit, carnalibus movebatur sensibus, et ideò quàm sæpè locorum recreabatur amplexibus. Fortassè ergò præ nimio amore in loco, quo sepultus Deus dicitur, interdum habitasse eam credimus, qualentis piis pauceretur infernus amor obtutibus. Sic namque locus medius est, hinc inde constitutus, ut adire posset ejus Ascensionis vestigia, et locum

sepulturæ et resurrectionis, ac omnia in quibus passus est, loca inviseret: non quòd jam viventem consereret cum mortuis, sed ut suis consolaretur aspectibus. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evargelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 20. 1.

In illo tempore: Una sabbati Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, et vidit lapidem sublatum à monumento. Et reliqua.

Homilia V. Ruperti Abbatis.

De divinis Offic. 1. 7. c. 25.

Verissimè ergò Matri Filius resurgens apparuit; sed illa, ut ab initio cœperat, ita et nunc conservabat omnia verba hæc confers in corde suo. Quod si idcirco verum non videtur, quia nullus Evangelistarum hoc scriptis attestatur, consequens est, quòd nunquàm post Resurrectionem suam visus sit Matri, quia quondò, vel ubi illi apparuerit, nullus eorum nominatim edixit. Sed absit hoc ab illo, qui in lege suâ Patrem et Matrem honorare præcepit. Absit, inquam, ut Matrem propter se doloris gladio transverberatam tam durâ negligentia Filius inhonoraverit. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Non sic Apostolica Sancta Romana Ecclesia sensit veritas, quæ hanc beatam Jerusalem in principio lætitiæ suæ proposuit, Si enim omnis anima dimens Dominum, sic benedicat, ut videat, bona Jerusalem, et videat filios filiorum suorum, pacem super Israël. Et ideò dicitur, et est quoque ipsa Jerusalem, quòd est visio pacis: quòd magis ista t'er qualèrque beata Virgo dicenda est Jerusalem, quæ benedicta inter omnes mulieres vidit

Filium suum, pacem super omnem verum Israel, scilicet Christum, de quo ait Apostolus: ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Ipsa prae omnibus, ipsa ante omnes vidit hanc nostram pacem, ipsa est Jerusalem pulchra, electa, suaviter et formosa, quam viderunt filiae Sion et beatam dixerunt, et reginae laudaverunt. Dum ergo hanc hodierna statione sancta Romana Ecclesia in principio laetitia suae, ut dictum est, proposuit, non hoc aestimavit, quod pacem super Israel venientem, id est, Filium suum propter justificationem nostram resurgentem ipsa non viderit. Te Matrem.

Cum 2. Vesper.

DIE II. MAII.

D. V. ILLITURGENSIS DE CAPITE.

Simplex.

LECTIO 1.

Gumpenb. Atlas mar. Imag. 160. Illiturgi, in vertice montis ad septentrionem siti, templum Deiparae est, tota Bœthica celeberrimum, quod de Caboza, seu Capite montis, in quo stat nomen habet. Sancta statua cubito major non est, cuius origo Pastori debetur, qui tintinnabili sono insolito ad arborem deductus est, in qua una cum ipso tintinnabulo hanc Deiparae statuam invenit. Jussus est a Deipara ipsa pastor monere cives, ut templum extruerent: parvum illi servato in rei memoriam tintinnabulo, quod, migrante sancta Statua, simul asportari semper solet. Tu. ꝑ. de ferid.

LECTIO 2.

Plurima in hujus Imaginis historia inventuntur, quae raritate sua mul-

tas alias superant. Valdè enim est, campanam in loco cum Imagine invenire: rarum quoque est, quod civitas ulla, nec oppidum sit toto in regno Bœtico, in quo non sit confraternitas huic sanctae Imagini dedicata: hoc non magnum modò, sed universalem totius regni affectum arguit: illud tandem, non quòdem rarum, sed inauditum, quod primi quoque etiàm nobiles certatim advolent, eumque humeris impositam nudis pedibus deportent per montes, per vales, certentque quis longius. Hoc nempe est ire ad caelum. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Commem. B. V. Cestochoviensis.

Spinelli p. 248.

In Poloniae regno in Monteclaro, Cestochovia dicto, Imago Deiparae magno fidelium concursu religiosissimè colitur. Fuit haec sanctissima Imago à Sancto Luca depicta, et ab Helena Augusta Jerosolimis Constantinopolim translata, quam Constantinus Imperator Carolo Magno, is autem Leoni Russiae Principi dedit. Tandem Russia in Provinciam Poloniae reducta Vladislans Opoliensis Dux, anno millesimo trecentesimo octogesimo secundo, eam in Montem clarum, transtulit. Cicatrices autem, quae in ejus facie cernuntur ab Hussitis et Tartaris fuerunt inflictae, et nullis unquam obdici coloribus potuerunt. Multa hujus Virginis intervèntu miracula eduntur: inter alia septem mortui sunt ad vitam revocati, multi egerunt liberati, caeci, moribandi, naufragantes, captivi, variisque morbis affecti, divinam opem senserunt, et in dies multi varia divini us auxilia experiuntur. Tu. Te Matrem.

Vesperae de sequenti.

DIE III. MAI.

MANSUETUDINIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Præsta, quaesumus, Omnipotens Deus, ut qui Mansuetudinem Sanctissimæ Genitricis tuae veneramus, ipsam imitantem, mites simus et humiles corde, ut terram viventium possidere possimus. Qui vivis et.

AD MATUTINUM.

HIMNUS 252 J. Commari.

Virgo te monstra precibus parentem:

Editis nobis tuus ille vocem

Matris agnosce, neque vota surda Respuet aure.

Dote si Numen tibi singulari Virgines inter dedit esse Mitem, Solve nos vincis scelus, tuisque Dotibus orna.

Virgo da puram sine labe vitam, Tramitem tuum superas ad aedes Pande, ubi mentes oculique JESU Gaudia libent.

Patris ac Nati recinendo laudes, Mutuum linguae celebrent amorem: Omnis et mundo plaga tres in uno Numine adoret. Amen.

Lectio 1. Noct. de Perid.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep. Super missus quest. 89.

LECTIO 4.

Est mansuetudo secundum Glossam tractabilitas: tractabilis autem est, qui habet bonos mores: boni autem mores sunt per virtutes: Beatissima autem Virgo habuit virtutes in summo: ergo tractabilis fuit in summo. Item tractabilis est, qui est omnibus conformis, et conformabilis. Tractabilis igitur est omnibus omnia. Istud autem potest esse duobus modis, vel genera singula singulorum, sicut Paulus, qui effectus est Judaeis Judaeus, vel

secundum singula generum, et ille est simpliciter omnia omnibus: et hoc fuit beatissima Virgo: ergo beatissima Virgo fuit tractabilis in summo. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Item argui potest ex eo quod Ecclesia interpretatur eam diversis statibus, et proprietatibus assimilando, dicens: ego quasi vitis fructificavi suavitate odoris. Item: in me omnis gratia vite et veritatis. Item: quasi cedrus exaltata sum in Libano. Ex quibus omnibus argui potest, quod ipsa est omnibus conformabilis, et ideo omnibus summe tractabilis. Item Paulus fuit omnia in omnibus secundum assimilationem: beatissima autem Virgo secundum veritatem. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Item Paulus diversis hominibus et statibus se pro tempore et loco conformavit secundum similitudinem et consuetudinem, et condensationem: Beatissima autem Virgo simul et semper diversis temporibus, et etiàm oppositis se conformavit secundum rem et veritatem rei simul. Etenim secundum rem et matris se conformavit, et viduis et hominibus et angelis: et ideo fuit improprietabiliter tractabilis. Item Jacobi primo capite dicitur: In mansuetudine suscepit Verbum. Glossa: cum mansuetudine contra iram. Qui minus habet de ira, magis habet de mansuetudine: beatissima autem Virgo minus habuit de ira, immò omnino caruit ira: ergo habuit mansuetudinem in summo. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 45.

In illo tempore: Factum est post

tridum, invenerunt JESUM Patrem ejus in templo. Et reliqua.

Homilia S. Dionysii Alexandrini. *Resp. ad Quæst. VIII. cont. Paul. Samosat.*

Et requirebant eum inter cognatos, et notos. Scriptum est: In die tribulationis meæ Deum exquisivi: manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus. Deipara quidem reversa est, ut quæreret Dominum suum, et Deum factum Filium suum. Ipsa quidem pedibus circumbat quærens non absentem, sicut ipse Dominus docet, cum ait: In iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Tu. ij.

Benedict. Cujus Mansuetudinem.

LECTIO 8.

Rursus dictum fuit per Prophetam, quærendum esse Dominum cum clamore. Ait enim Mater Domini mei Deo meo: Dolebamus quærentes te. Scriptum est enim in Osæ Propheta: In Spiritu Sancto clamaverunt, inquit, et rogarunt me, et illic locutus sum eis. Dominus autem Deus Omnipotens erit memoriale ipsorum. (*Lect. 9.*) Vides ubi inventus est, qui quærebatur cum clamore? Illic locutus est eis Dominus dicens: Quærebatis me; nesciebatis, quod in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? In domo repererunt me, ait per Prophetam. In Evangelio autem dicit: in iis quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Tu. ij.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Bonâ Liberatione.

Pouget de Imaginib. Deip.

Lutetia: Parisiorum colitur in Ecclesiâ Congregationis Sancti Thomæ de Villanova quædam Beata Virginis Icon, quæ prius in Sancti Stephani templo plurimis sæculis cultum acceptat sub titulo Bonæ-

liberationis, eò quod ad eam Sanctus Franciscus Salesius terribili desperationis tentamine oppressus confugiens, statim liber evasit. Hæc imago in Gallicanis furoribus vendita, à piâ muliere, ut ab exordio eriperetur, empta fuit, quæ eam, Pio sep'timo approbante, munere dedit Sacello divi Thomæ, ubi et nunc ingenti cultu à Parisiensibus afficitur. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 253. *G. Madalenet.*

Regina cælestis virginæ, unicè Mansueta, culpas elue, et invicem Præsta benignos obsequentes,

Moribus et niveo pudicis.

Fac, Diva, puri labis eant dies, Rectaque gressus dirige, quo tuæ Nos prolis aspectu fruique

Sydera mereamur aulâ.

Æterna summo gloria sit Patri, Natoque, necnon Spiritui Deo, Numenque tres unum futuris

Posteritas colat usque sæclis. Amen.

CANON.

Ex D. Bernardo Abbate.

In Sign. magn.

501. Revolve diligenter Evangelicæ Historiæ seriem universam, et si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in MARIA, de cætero suspectam habeas, et accedere veraris. Tu.

Cum 2. Vesperis.

DIE IV. MAJ.

B. M. V. DE LUMINE.

Semiduplex.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 1.

Gumpenb. Imag. 180.

Miraculosissimæ Imagini de Lumi-

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Modicensis.

Octav. Cajet. de effigieb. sicul.

Anno salutis millesimo sexcentesimo decimo quinto, quarto nonas Maji inventa fuit Icon Sanctissimæ Deiparæ supra collem ab oppide Modica parum distantem ante solis ortum. Statim inventæ Sanctæ Imaginis universum oppidum fama pervasit, excitæ gentes concurrunt, et collem alacres conscendunt. Sed auxit accensam jam in omnium peccatoribus pietatem ejusdam puellæ Beatrix resurrectio, quæ per casum mortua, ejus matre Deiparam deprecatæ, ad vitam incolumis rediit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

DIE V. MAJ.

GAUDIORUM B. MARIE V.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Antiph. et capit. de laudibus.

HYMNUS 254. *Parn. Virgin.*

Gaude, Virgo Mater Christi, Quæ per aurem concepisti, Gabriele nuntio.

Gaude, quia Deo plena, Peperisti sine pænâ Cum pudoris lilio.

Gaude, quia Magi dona Tuo Nato fuerunt bona, Quem tenes in gremio.

Gaude, quia juxta legem Oblitusi mundi Regem In templi sacratio.

Gaude, quia tui Nati, Quem doleras mortem pati, Fulget resurrectio.

Gaude Christo ascendente, Qui in cælos, te vidente, Motu fertur proprio.

Gaude Virgo, quia emisit Paraclitum quem promisit Sanctorum collegio.

nibus apud Sanseverinales in Italiâ primum cultum dederunt Angeli. Luca Serratorius honestus vir anno millesimo quingentesimo sexagesimo supra portam domus suæ Beatæ Virginis Imaginem locavit. Vigniti quatuor annos ipsa omnibus aeris injuriis exposita stetit illibata; sed nullo ceterâ vel cultu, vel miraculo insignis. Anno verò millesimo quingentesimo octogesimo quarto, die decimâ sextâ Januarii visa lumina sunt circa Imaginem è cælo delapsa, nane radii nunc facis figuram referentia. Tu. ij.

LECTIO 5.

Res altero mane per urbem Deiparæ devotam à civibus sparsa coegit populum ad venerationem et preces. Indè non modò urbi, sed etiâ accola advolarunt. Nec de fuere miracula, quæ Virgo petentibus dedit, omnem vel vanitatem, vel suspicionem superantia. At verò incredulæ posteritati consullurus Lucas Tardoli Illustrissimi Episcopi Vicarius, ad juris normam eos examinavit, qui conspекtorum luminum testes se obtulerunt. Tu. ij.

LECTIO 6.

Undè firmata egregiè veritas est testibus omnium ordinum permultis, et exceptioni omni majoribus, qui conspecta à se lumina, nunc è cælo, nunc è laureatâ orâ ad Imaginem properantia, assererant. Nec minus feliciter successit in perpetrata miracula inquisitio, quorum et numerus et illic loci raritas momentum sanè maximum addunt; si quispiam fortè homo Philosophus conspекtorum luminum splendorem inter phenomèna aeris numerare velit. Tu. ij.

Homilia. O Virgo Sancta. Ut in die 26. Januar. p. 370. cum xij. de hoc tempore.

Gaude, quæ post ipsum scandis,
Et est honor tibi grandis
In cæli palatio.
†. In Domino gaudebo, alleluia.
¶. Et exultabo in JESU, filio
meo, alleluia.

Ad Magnif. ant. Secundum mul-
titudinem dolorum meorum consola-
tiones Dei lætificaverunt animam
meam, alleluia, allel.

Oratio de Laudib.

AD MATUTIN.

Invitator. Gaudia Beatissima
Virginis MARIE recclentes: * Chris-
tum ejus Filium adoramus Domi-
num, alleluia, allel.

HYMNUS 235. S. Thom. Cant.
Gaude flore virginali,
Quæ honore speciali
Transcendis splendiferum
Angelorum Principatum,
Et sanctorum decoratum
Dignitate numerum.

Gaude, Sponsa clara Dei,
Nam ut clara lux diei
Solis datur lumine;
Sic tu facis orbem verè
Tuæ faciei respendere
Lucis claritudine

Gaude, splendens vas virtutum,
Cujus pendens est ad nutum
Tota cæli curia:
Te benignam et felicem
JESU dignam Genitricem
Venerans in gloriâ. Amen.

IN I. NOCT.

Lect. 1. Noct. de Comm.

¶. 1. Missus est Angelus ad MA-
RIAM Virginem, ut nuntiaret ei
Incarnationis Mysterium, et dixit:
Ecce ancilla Domini, fiat mihi se-
cundum verbum tuum, alleluia,
allel. †. Gaude Virgo, Mater Chri-
sti, quæ per aurem concepisti, Ga-
briele nuntio.—Ecce.

¶. 2. Impletum est tempus pra-
riendi, Et peperit MARIA Filium, *

Deum pariter et hominem, alleluia,
allel. †. Gaude, quia Deo plena,
peperisti sine penâ cum pudoris
lilio.—Deum.

¶. 3. Intranse Magi domum in-
venerunt Puerum cum MARIA Ma-
tre ejus: * Adoraverunt eum, et
obtulerunt illi aurum, thus, et
myrrham, alleluia, allel. †. Gau-
de, quia Magi dona tuo Nato fue-
runt bona, quem tenes in gremio.
—Adoraver.—Gloria.—Adoraver.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Baling. Kalend. mar. 29. Decemb.

Divo Thomæ Cantuariensi Episco-
po familiare fuit dies singulos ite-
rata septies salutatione angelicâ
Virginem colere in honorem septem
gaudiorum, quibus cum Filio in
terris fuit delibuta. Sunt hæc: An-
nuntiatio, Visitatio, Natalitia Chri-
sti, trium regum adoratio, Inventio
Filii, lætissima Resurrectio, in cæ-
los Ascensio. Virgo Mater se illi
videndam fortè obtulit, et gratum,
inquit, i Thoma, obsequium tuum
est. Sed quid tantum meministi,
eorum gaudiorum, quibus afflicte-
bar in terris? Recole etiã ea in
posterum, quibus nunc fruor in cæ-
lis: namque omnem tam hæc,
quàm illa honorantem, in horâ exi-
tus solabor, exhilarabo, Filioque
meo dilectissimo sislar. Tu.

¶. Impleto purgationis tempore
Virgo MARIA puerum JESUM præ-
sentavit in templo, * Et Simeon ac-
cepit eum in ulnas suas, alleluia,
allel. †. Gaude, quia juxta legem
obtulisti mundi Regem in templo
sacerario.—Et Simeon.

LECTIO 5.

Mirè exullans Divus Thomas, et
quãnam, inquit, ratione, Domina
mea suavissima, hoc præstare pos-

sim, cum quænam ea sint, penitus
ignorem? Septenâ, subintulit Vir-
go, salutatione etiã hæc gaudia
honorabis. Sunt porrò talia. Primò:
Gaudeo, quia secundum Sanctissi-
mam Trinitatem supra rem omnem
purè creatam primos honores obli-
neo. Secundò quia intemerata Vir-
ginitatis aureolâ omnes angelorum
ac Sanctorum ordines longè ante-
cello. Tertio, quia ingens lumen
gloriæ meæ adinstar solis curiam
cæli illustrat universam. Tu.

¶. Christus resurgens à mortuis,
* Statim primò Mari sue apparuit,
alleluia, alleluia. †. Gaude, quia
tui Nati, quem dolebas moriem
pali, fulget resurrectio.—Statim.

LECTIO 6.

Quartò, quia omnes cæli indigenæ
me ut Deiparam venerantur, et co-
lunt. Quintò, quia à Filio nacla
sum facultatem quilibet impetu-
andi. Sextò, quia olim in terris mihi
immensa collata fuit gratia, me-
que clientibus jam in cælo ingens
gloria à Filio preparata est. Septi-
mò quia gloria mea novis surgit in-
crementis ad diem usque extre-
mum, et inde penetrabil in omnem
æternitatem. Has laudes idem Sanctus
Thomas in Rythmos redegit,
qui in certis Ecclesiis loco sequen-
tiarum decantantur. Tu.

¶ Videntibus illis, JESUS eleva-
tus est: Nubes suscepit eum ab
oculis eorum, et ascendit in cælum,
allel. allel. †. Gaude Christo as-
cendente, qui in cælos, te vidente,
motu ferit propio.—Nubes.—
Gloria.—Nubes.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus
Gabriel à Deo in civitatem Gallilæe,
cui nomen Nazareth, ad Virgi-

nam desponsatam viro, cui no-
men erat JOSEPH. Et reliqua.

Homilia S. Andreae Cretensis.

Orat. 2. in Nat. B. V.

Gaude, aveque gratiosa: gaude il-
lustrî splendore magnifica, per
quam splens tenebris lumen vicis-
sim inductum est. Gaude gratiosa,
per quam cessavit lex et gratia il-
luxit. Gaude initium gaudii et ma-
ledictionis finis. Gaude verè gra-
tiosa: Dominus tecum: illud virtu-
te, hoc actu; nunc quidem tuum
sibi uterum in hospitium aptans;
tunc autem carnali ex te ratione
magnum Incarnationis mysterium
adamans. Tu.

¶. Erant omnes Apostoli per-
severantes unanimiter in oratione
cum mulieribus, et MARIA Matre
ejus, * Et descendit super illos Spi-
ritus Sanctus, allel. allel. †. Gau-
de Virgo, quia emisit Paraclitum,
quem promisit sanctorum collegio.
—Et descendit.

Bened. Cujus Gaudia colimus.

LECTIO 8.

Gaude, quæ sola benedictionem,
nempè Dominum sinu complexa
es, ut primam pro aviã maledictio-
nem exeret. Gaude divinum vir-
ginitatis amplexa thesaurum, unde
incorruptus prodiit partus, man-
seruntque nihilominus inviolata
virginitatis divitiæ. Gaude casta
Mater, ac Virgo lactans. Gaude
diademata pulchritudinis, generis ac
hominum Regina, regalibus undi-
què magnificè decorata preroga-
tivis. Gaude sacrum Christi delu-
brum, qui solus singulariter in San-
ctis colorum secundum Ordinem
Melchisedech Sacerdotio defunctus
sit. Tu.

¶. Assumpta est MARIA in cæ-
lum, * Gaudent Angeli, et laudan-
tes benedicunt Dominum. †. Gau-

de, quæ post ipsum scandis, et est honor tibi grandis in cœli palatio. —Gaudet. —Gloria. —Gaudet.

LECTIO 9.

Gaudet virga Aaron, radix Jesse, sceptrum David, regale indumentum, corona gratiarum, non scriptus virginitatis typus, sanctitatis bractea, rationale manifestationum. Salve legis ac gratiæ mediatrix, veteris novique Testamenti obsignatio, totius prophetiæ perfecta plenitudo, inspirata à Deo veritatis scripturarum achrosticis: Dei ac verbi animatus, ac mundissimus tomus, in quo sine voce ac scripto inscriptor ipse Deus ac Verbum quotidie legitur. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

CAPITULUM. *Philipp. 4.*
Fratres, gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete.

HYMNUS 236. *S. Thom. Cant.*

Gaude nexu voluntatis
Et amplexu charitatis
Juncta in altissimo:
Et ad votum consequaris
Quidquid Virgo deprecaris
A JESU dulcissimo.
Gaude, Mater miserorum,
Quia Pater sæculorum
Dabit te colentibus
Congruentem hic mercedem
Et felicitis poli sedem
Regnis in cœlestibus.

Gaude, Virgo Mater Christi,
Tu quæ sola meruisti,
O Virgo purissima,
Esse tantæ dignitatis
Ut sis Sancta Trinitatis
Sessione proxima.

Gaude, Virgo Mater pura,
Certa manens et secura,
Quia tua gaudia
Non cessabunt, nec decrescunt,
Sed durabunt et florescent
Per æterna sæcula. Amen.

Y. In Domino gaudebo, alleluia.
Y. Et exultabo in JESU Filio meo, alleluia.

Ad Benedict. ant. Gaude et lætare, Virgo MARIA, quia tu sola Mater Dei digna fuisti, et sedes ad dexteram Filii tui non cesans pro nobis exorare, alleluia, allel.

Oratio.

Perfunde, quæsumus, Domine, corda nostra cœlesti lætitiâ, ut qui sacrosancta gaudia Sanctissimæ Genitricis tuæ recolimus, per rerum mundanarum contemptum æternæ capiamus in cœlis gaudia vitæ. Qui vivis.

Ad Prim. Capit. de Laudibus.
CANON.

Ex Concilio Vaurensi.
An. 1368, cap. 127.—*Lab. col. concil. T. 7. col. 1856.*

502. Statuimus et ordinamus sub penâ excommunicationis, quòd singulis et continuis diebus Rectores et curati provinciarum nostrarum.... circa solis originem pulsant seu pulsare faciant unam campanam.... Et tunc omnibus et singulis qui.... ad honorem septem gaudiorum, quæ de Filio suo Beata Virgo habuit, septiè angelicâ salutatione, scilicet Ave Maria, eam devotè salutaverint, de injunctis penitentibus triginta dies misericorditè relaxamus. Tu.

In 2. Vesp. Cap. et hymn. ut in primis.

Ad Magnif. ant. Gaudeamus omnes in Virgine MARIA omnia cœlestia ejus gaudia venerantes, ut ipsa intercedat pro nobis ad Dominum, alleluia, allel.

DIE VI. MAI.

DEDIC. S. M. IN COSMEDIN.

Semiduplex.

Non prop. de Comm. Dedicationsis.
Lectio. 1. Noct. de ferâ.

LECTIO 4.

Spinelli de festis et templ. Deip.
Sancta MARIA in Cosmedin, seu Schola græca, in Delubro tibi Enicorum tempore erat ora, quæ vocabatur maxima, ad quam fontes ad veritatem jurejurando testandum adducebantur. Cum verò ejusmodi ora propès cujusdam cloacæ sita esset, factum est, ut lapis ille perforatus, atque ori cloacæ superpositus, nostrâ ætate vulgò os veritatis appellaretur. Nomen verò Scholæ græcæ huic templo inditum videtur à proximo litterarum græcarum Gymnasio. Tu. y. Magnam hereditatis.

LECTIO 5.

Sanctus Dionysius Papa circa annum ducentessimum sexagesimum domum suam, quæ eo in loco erat, in Ecclesiæ formam redegit, quæ à Deiparâ nomen accepit. Eam verò vetustate collapsam Stephanus tertius papa resituentem curavit, cum in Galliis desperatâ jam valetudine à Sancto Dionysio Areopagytâ incolumitatem anno septingentesimo decimo quarto esset consecutus. Tu. y. Verè Dominus.

LECTIO 6.

Tandem eam ad Stephani obitum Paulus primus Pontifex ejusdem Stephani frater compluribus Sanctorum corporibus ibi reconditis, in honorem Sancti Dionysii Areopagitæ et sociorum perfecit, et consecravit. Mox Adrianus primus anno septingentesimo septuagesimo secundo illam mirificè exornavit, ut ab adis ornatu dicta sit Sancta MARIA in Cosmedin. In ejusdem templi sacellum jussu Sancti Pii quinti Pontificis translata est Deiparæ Imago, quæ in cujusdam domûs pariete depicta multis

clarebat miraculis. Denique inter antiquas Cardinalium Diaconias recensetur. Tu. y. In multitudine.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.
LECTIO 7. c. 10.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia D. Innocentii Papæ.
Ann. 3. Serm. 1. in assumpt. B. V.

Castellum illud, quod intravit JESUS est Virgo MARIA, quondam Verbum caro factum est, et habitavit in vobis... Cum autem intrare sit de foris intus accedere, quæri potest, et etiâ dubitari, secundum quam naturam in istud castellum, id est, in uterum virginalem intravit. Non secundum divinam, cum ipse sine motu moveat universa, et totus sit semper ubique.. Sed non secundum humanam, cum Mater ejus MARIA non accepit exterius quidquam in utero, sed concepit tantum interius in utero. Tu. y.

LECTIO 8.

Quid ergo dicemus? Quomodo ergo in castellum illud intravit?... Salvâ fidei majestate possumus respondere, quòd secundum Philosophos initium existendi, ingressus in substantiam appellatur: quæcumque res habet initium, habet pariter ingressum. (*Lect. 9.*) Unde cum Verbum Dei secundum humanitatem assumptam inceperit esse in utero Virginali, profeclo secundum carnem intravit in illum, non deforis veniens, sed intus assumens, juxta quem modum loquendi veritas ipsa testatur. Exivi à Patre, et veni in mundum: non quòd extra mundum accesserit, sed quòd intra mundum

processerit. Intravit ergo JESUS
in quoddam castellum. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commem. B. V. de Aquilâ.

Lanza Hist. arag. 1. 2. c. 34.
Versus annum millesimum quin-
gesimum vigesimum structum
fuit Patizæ in Aragoniâ templum
Divæ Virgini sub titulo de Aquilâ
in monte ejusdem nominis, consi-
lio ejusdem Eremitæ Montis-Ser-
rati, qui Panizanos per decem et
septem annos grandinis multipli-
catâ pluvîâ usque ad penuriam de-
ductos, sic docuit placare Numi-
nis iram. Vix, eo finito, suppli-
catione solemnî Imaginem Deiparæ
in eo collocarunt, et ipso in die be-
neficam pluviam de celo accipere,
et cum eâ naturalem feracitatem
steriles siccitate agri, ita ut copio-
sissimas fruges eodem jam anno
terra produxit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

DIE VIII. MAJ.

B. M. V. ODIGITRÆ.

Duplex.

Lection. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Baligh. Kalend. mar. ante Majum

Festum Beatæ Virginis Odigitriæ,
Constantinopoli quondam, et modo
etiâ, ubi aliquod ei templum,
vel Sacellum erectum est, ut Romæ,
Neapoli, et alibi, præsertim in Si-
ciliâ celebratur. Ejusmodi porrò
festum habuisse videtur originem
à quâdam Imagine Deiparæ à Divo
Luca depictâ, quam Pulcheria Im-
peratrix in templo à se Constantino-
poli excitato (cui nomen via du-
cum), collocaverat, cum fuso ejus-
dem Deiparæ, ac quibusdam Christi
fasciis. Tu. ꝑ.

Die IX. Maji.

LECTIO 5.

Insuper curavit, ut in templo isto,
tertioque die Septimana pervigil-
ium, et supplicatio perageretur,
quod ad hunc usque diem servatur,
ait Nicephorus, qui florebat
anno millesimo trecentesimo unde-
cimo. Ad hoc quoque templum et
Imaginem Constantinopolitanis suis
in angustiis seu privatis, seu publicis
confugiabant; nec frustra, ut patet,
ex Græcorum historiâ. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Hæc Imago ideò vocatur Odigitria,
seu deditrix, quia duobus cæcis
apparuit Sancta MARIA, et deduxit
eos ad suam Ecclesiam, et visum
eis restituit. Hujus Imaginis exem-
plar simul et cultus in Occidentis
partes propagatus est, eique tem-
plum ac Sacella extructa, neque
desunt varia ad eam miracula, ut
appensæ tabellæ testantur. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lection. S. Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 30.

In illo tempore: Ait ei Angelus: Ne
timeas, MARIA, invenisti enim
gratiam apud Deum. Et reliqua.

Homilia S. Titii Bostrorum Ep.

Exposit. in cap. 1. Luca.

Ne timeas MARIA. Quin verò vix
fieri poterat, ut conturbata accurate
ad ea quæ Angelus dicturus
erat, attenderet, quo ab omni ani-
mi commotione jam libera, divinum
Sponsum sedatè excipiat, propterea
Gabriel in ipso statim orationis ve-
stitulo omnem illi metum admittit,
dicens: Ne timeas, MARIA: inve-
nisti enim gratiam apud Deum.
Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Quòd Angelus ait: invenisti gra-
tiam apud Deum, hoc illi cum aliis
multis commune erat, siquidem

Die IX. Maji.

*Officium fit ut in die X. Decemb.
p. 483. præz. sequentia.*

Oratio.

Deus qui Beatæ MARLE Virginis
Domum per Incarnati Verbi myste-
rium misericorditèr consecrasti:
concede, ut segregati à tabernacu-
lis peccatorum, digni efficiamur
habitatores domus sanctæ tuæ. Per
eundem.

Lection. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

*Gononus. Chron. Deip. ad
ann. 1292.*

Anno millesimo ducentesimo nona-
gesimo secundo, Deo dicata Do-
mus, Incarnatione Dominicâ illu-
stris, olim ab apostolis dedicata, et
in formam templi redacta, è Syriâ
paritèr cum religione discessit, an-
gelorum manibus è Nazareth in
Dalmatiam, atque inter Tersactum
et Flumen Deiparæ jussu sita est
secundâ cicitèr noctis Vigilâ. Ut
primùm divinæ liberalitatis donum
accolis lux ostendit, et si quid rei
essent ignari, communi tandem
consensu statuunt itâ quidquid sit,
profectò donum esse divinum; ne-
que enim adem illam repente humo
esse excitatam, sed aliundè Dei
voluntate ac nutu utique adductam.
Tu. ꝑ. O quotiès.

LECTIO 5.

Celeritèr Tersactum et Flumen pro-
digiosi Scelli fama perlata, volen-
tes ad visendum cupidinè, agros
ad spem valetudinis accendit. Ale-
xander Antistes Tarjactensis, gravi
implicatus morbo à familiaribus de
divinâ illâ aie certior factus, cum
vigente morbo deferri eò sine certo
periculo vitæ nequiret, impensè
Deiparæ opem imploravit, et votum
vovit non magis salutis recuperan-
dæ avidus, quàm celestis illius
doni divinitus cognoscendi. Nec in

multi alii ante ipsam, gratiam
apud Deum invenerunt: at verò
quod subjungit, nempe: ecce con-
cipies in utero, et paries filium,
est facta promissionis proprium.
Lection. 9. Dicit autem, quòd Domi-
num nostrum non aliundè quam
ex ipsomet Virginis utero, cum
nostræ substantiam suscepisse, pla-
num faciat. Et vocabis nomen ejus
JESUS: merito JESUS appellatus
est, qui salutis nostræ causâ in
hunc mundum ingressus est. Quan-
doquidè nomen hoc JESUS in
græcam linguam translatum Dei
salutem et sanitatem sonat. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemor. B. V. Pampelonensis
de Viâ.

Gumpenb. 504.

Hæc Deiparæ Imago, quæ Sacel-
lum habet in templo Sancti Satur-
nini, de Viâ nomen habet. Magnâ
eam religione populus frequentat
ob insigne miraculum, quo huc de-
ducta est. In ripâ Iberi amnis in opi-
do Alfaro olim colebatur. Hinc ob
insignem miraculorum famam pio
furto à quibusdam sublata, ac Pam-
pelonam allata est, sed repelentibus
eam Alfarensibus injuriâ conque-
stis, Regis Navarra senatûs sen-
tentia Alfaram reducta est. Sed
post paucos dies ad pristina Divi
Saturnini sedem, stupente populo
Pampelonensi, rediit, Alfarensi po-
pulo ultrâ repelere non auso. Pam-
pelona beneficium agnoscit, et mi-
ris statuam modis honorat: nec mi-
nus Virgo in Pampelonenses test.
Tu. Te Matrem.

Vesper. à Capit. sequentis.

DIE IX. MAJ.

TRANSLAT. DOMUS, B. V. IN
DALMATIAM.

Duplex.

casum missæ, preces nam Beata Virgo nocte cælo delapsa se illi obtulit, atque illum eodem ipsam esse sacram domum, ubi olim genita et ferè educata fuerat, significat, et in hujus veritatis signum profluvius Antistes sanatus fuit. Tu. g. Hæc est.

LECTIO 6.

Quia autem rei novitas hominum memoriam, et magnitudinem superabat fidem, re cum Antistite communicatâ, placuit certos homines in Galilæam mittere totam rem intensius inspecturos. Quatuor igitur electæ et expertæ fidei Palestinam profecti, Nazarethum perveniunt. Ibi impensis inquirentes compertum est incolam tantam re quam verbo, domum natalem beatæ Virginis, ipsè paulò ante sublataam, et ad locum domus deducti, cernunt fundamenta, recentia sanctæ domus avulsæ vestigia. Dimensi longitudinem et latitudinem aræ et fundamentorum crassitatem, reperiunt omnia cum translata in Dalmatiam ædis parietumque mensuris, quos ad id secum attulerunt, prorsus congruere, tempus quoque augusti sacelli illius ablati, avertique in Illiricum convenire. Ergò effusa cum lætitiâ et gratulatione domum reversi exploratam veritatem remittunt. Tu. g. Hæc domus.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat JOSEPH. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

In deprec. ad Glorios. Virgîn.

Nec mirum, ô Domina, si tam copioso oleo misericordiæ tui cordis perfusum est solarium: cum illud

inestimabile opus misericordiæ quod prædestinavit Deus ante sæcula in redemptionem nostram, primum in te à mundi Artifice sit fabricatum. Quando enim placuit gratiæ supernæ ut habitaret in nobis, à quibus elongata fuerat, tu sola inventa es digna, ut in tuâ virginali aulâ Rex Regum, et Dominus dominantium à regalibus sedibus veniens primam sibi mansionem inter filios hominum eligeret. Tu. g. Domus.

LECTIO 8.

Beneplacitum fuit Deo habitare in te, quando ex ipsâ illibata carnis tuæ substantiâ quasi de lignis Libani architecturâ ineffabili domum sibi edificavit Dei Sapientia: suffulsiit eam septem columnis argenteis, ac reclinatorium aureum in eâ collocavit. Hi sunt septem Spiritus Dei, et hæc est unica illa Salvatoris fœmina in quâ solâ quæsitam in omnibus requiem invenit, atque in ejus sinu omnes thesauros absque mensurâ transfudit. Tu. g. Virginis.

LECTIO 9.

Undè benè Spiritui Sancto in te complacuit, ô MARIA, cum divinis adeò mysteriis uterum tuum consecrare dignatus est. Ipse est enim ignis consumens, qui sanctissimam animam tuam toto inflammavit seipso, atque splendore divinæ majestatis implevit: tuumque uterum ineffabili modo fecundavit, fecitque ut Deum et hominem clausa concepères, et post partum Virgo permaneres. Tu. Te Matrem.

Cum 2. Vesper.

DIE XI. MAJI.

D. V. FERRENIANA.

Simplex.

LECTIO 1.

Lanuz. Histor. Arag. l. 1. 31. In oppido Herrera, in Aragoniâ,

Templum est Divæ Virginis, leucæ ab oppido dissitum, in quo maxime colitur. Ejus sanctissima Imago in majori arâ asservatur pretiosissimis induta vestibus. Origo autem hujus Templi jam ab antiquo creditur apparitio Beatæ Virginis, cuiusdam rustico, qui in loco in quo nunc est Ecclesia, ligna, ut carbonem faceret, præparabat. Imago ibidem inventa, ab oppidanis deducta fuit ad aliud marianum Templum, in ipso Herrera structum sub vulgari titulo de Cuesta; sed iterum ad locum ubi prius inventa fuerat, ipsâ reversâ, templum ei Herreteriani fabricarunt. Tu.

g. Vir bonus et rectus carbonum pulvere tinctus * Reginam vidit cæli, Christique Parentem. f. Felix quisquis eam suppliciter colit.— Reginam.

LECTIO 2.

Hoc autem Templum excitatum fuit anno millesimo quingentesimo quarto, de Licentiâ Archiepiscopi Cesarangustani Alphonsi de Aragoniâ. Est ibi Confraternitas quædam Beatæ Virginis valde insignis, innumeris indulgentiis à summis Pontificibus ditata quæ leges et statuta habet quibus Ecclesiæ ipsi ministret. Ingens fit in hunc locum fidelium accursus præsertim in Dei-para Sanctissimæ solemnitatibus. Tu.

g. Nam Deus Omnipotens personas despicit, * Alque corda petit, mentes habitare et pectora gaudet. f. Reginam vidit Cæli, Christi que Parentem.—Atque.—Gloria.—Atque.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Savonensis de Misericordiâ.

Pouget de Peregrinationibus.

Quatuor milliariibus ab urbe Savonæ in Italiâ apparuit Deipara cui-

dam Antonio probatæ fidei viro, decimâ octavâ die Martii anni millesimi quingentesimi trigesimi sexti, ipsique indixit, ut Dei indignationem populo nuntiaret, nisi cum penitentia fleeretur. Hoc facere curarunt Savonenses, et ut facilius impetrarent, in ipso apparitionis loco Sacellum prius edificarunt, et deinde aucta devotione, satis magnificentem templum sub titulo de Misericordiâ. Savona ad hanc marianam Effigiem confingens decimo sexto sæculo, bis à fame, semel à Turcarum invasione, atque à peste fuit servata. Pius septimus cum Rege Sardiæ eam die decimâ Maji eam visitavit anno decimo quinto præsentis sæculi, eique solemni ritu, propriâque manu, sacro in eo templo peracto, coronam donavit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ sequentis.

DIE XI. MAJI.

FORTITUDINIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Corroborâ, quasumus, Omnipotens Deus, vires nostras in lui famulatu, ut qui Fortitudinem beatissimæ Virginis MARIE devotè veneramus, legitime contra hostes salutis nostræ certantes in terris, cum ipsâ in cælis coronari mereamur. Per Domini.

AD MATUTINUM.

Invitor. Fortitudinem Beatisimæ Virginis MARIE recolentes: * Christum ejus Filium adoremus Dominum, allel. allel.

Lectio 1. Noct. Mulierem fortem p. 113.

IN II. NOCT.

Sermo. S. Bernardi Abbatis.

Humil. 2. super missus.

LECTIO 4.

Ut pauca loquar de pluribus, quam

tibi aliam prædixisse Deus tibi videtur, nisi Beatam Virginem, quando ad serpentem ait: Inimicitias ponam inter te et mulierem? Et si adhuc dubitas, an de MARIA dixerit, audi quod sequitur: Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc servata victoria est, nisi MARIE? Ipsa proculdubio caput contrivit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem, tam de carnis illecebrâ, quam de mentis superbâ deduxit ad nihilom. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Quam verò aliam Salomonem requirebat, cum dicebat: mulierem fortem quis inveniet? Noverat quippe vir sapiens hujus sexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem: quia tamen et Deum legerat promississe, et illa videntur congruere, ut qui vincat per feminam, vinceret per ipsam, vehementer admirans, aiebat: Mulierem fortem quis inveniet? Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Quod est dicere: si illa de manu femine pendet et nostra omnium salus, et innocentie restitutio, et de hoste victoria; fortis omnino necesse est, ut providere, quæ ad tantum opus possit esse idonea. Sed mulierem fortem quis inveniet? At ne hoc quæsisse putetur desperando, subdit prophetando: prociit et de ultimis finibus prelium ejus. Hoc est non vile, non parvum, non mediocre, non denique de terrâ, sed de celo, nec de celo proximo terris prelium hujus mulieris, sed à summo celo egressio ejus. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucan.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier

quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Conc. 1. in Assump. B. V. M.

Quod castellum fortius, quod firmius, quod pulchrius, quam Virgo sacratissima? Cujus animam sic Deus gratiâ firmavit, ut negus dicto, neque facto, nec cogitatu à Deo nunquam declinaverit: O quam fortissima turris anima illa sacratissima, quam nullis fraudibus Dæmon valuit expugnare? Imò nec illam interitus ausus est impugnare?

Lect. 8. Hujus enim Castellum nunquam vel unam primam Dæmon potuit obtinere: castrum non solum invincibile, sed etiã impugnabile. Licet enim persecutionem ab hoste passa sit, non tamen tentationem in carne. Sicut scriptum est: Abimelech non teligit eam. Tu. ꝑ.

Benedict. 8. Cujus Fortitudinem.

LECTIO 8. (Lect. 9.)

Intravit JESUS in quoddam Castellum, id est, in Virginis uterum, undè totum mundum ditiori suæ subjungavit. Statim enim, ut de Castello hoc egressus est, viriliter agere cœpit; mundum scilicet invadere, tyrannum excludere, et primam hereditatem, spoliato dæmone, ad se reducere. Pastores à proximo, Reges à longinquo ad sui obedientiam celerime trahens, undè et spoliatoris nomen sortitus est, sicut apud Isaiam legimus: voca nomen ejus, accelera, spolia detrahe; festina prædari. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Anconensis de Sancto Cyriaco. Ponget. Celebris est Anconæ in Italiâ Imago Deiparæ, sub titulo Reginae Sanctorum omnium, vulgò dicta etiã Sancti Cyriaci, quæ mense Julio

anni millesimi septingentesimi sexti, coram ingenti populo ipsam enixè deprecante, motu visibili oculis aperuit, ac mœlissimam Urbem hostium copiis opprimendam hoc novo prodigio circumspexit, et reeravit, quod perquatour menses sæpius fuit repetitum. Hæc quoque devotissimæ Imagini Pius Sæpimus, tertio idus majas anni decimi quarti præsentis sæculi, è capivate triumphali pompâ Romanam progrediens, solenni ritu coronam imposuit, sacro in arâ principe ejusdem Ecclesie Cathedralis peracto. Hujus Coronationis anniversaria dies Anconæ Dominicâ secundâ Maji celebratur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Georgio Arch. Nicomedien.

Orat. de Oblat. Deip.

303. Habes vires insuperabiles, robur inexpugnabile. . . Nihil tuæ resistit potentie, nil tuis repugnat viribus, omnia cadunt tuo jussu, omnia tuo obediunt imperio, omnia tuæ potestati serviunt. Tu.

Cum 2. Vesperis.

DIE XII. MAJI.

D. VIRG. ARAUCANÆ.

Simplex.

LECTIO 1.

Gumpenb. Atlas Mariam.

In eâ parte terræ Araucanæ in regno Cilensis, quæ Imbulia dicitur, non multum à mari mons est, et in monte spelunca ad hermycicli formam pertissimè facta. Quem verò in usum natura locum tam benè efformaverit, intrantem apparet; nam statnam Virginis cum Pueri in Brachiis eodem è saxo producti, non insit vi, sed prodigio. Videre est eodem planè è saxo, ludentibus venis, capillaturam subfuscam, crispatam et è capite in humeros usque decore deluquentem, vultum

candidum et à sculpturæ præcepta venusè prominentem, vestem colore rubeo, pallium foris flavo, intus cæruleo imbutum. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Ei ne thesaurus ante tempus deprehenderetur, virgultis, vepribusque natura obtegit, dum puellus indus adveniret, qui tanti prodigii spectator primus, atque inventor haberi mereretur; ut nempe ex ore infantium et lætulentium perficeretur laus MARIE, eo loco ubi lapides loquuntur, quando homines tacent. Raptus enim in admirationem puellus: Vide, inquit, ô Mater, quam speciosa Domina, hic stes, quamque speciosum brachiis filium sustinea! Non nescia Mater hoc in friteo inter saxa et rupes magnatum conjuges non meridiari, credidit tamen filio Mater, locumque accessit, ibique statum, cui parem nunquam viderat, conspexit. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Rapla primùm in admirationem, deinde etiã et sine morâ clamore omnia implevit. Ita quod sæculis fortè pluribus secretum erat, paucas intra horas, familie beneficio in publicum abiit. Pervenit quoque fama ad Patres Societatis JESUS, qui tum eâ regione fidei propagandæ causâ versabantur. Hi ocius ad locum se contulere, conspectoque prodigio, locum purgarunt, et fundamenta templi designarunt, quod ibidem vicini Christiani, comparatâ materâ struxerunt. Sed ut eorum pietati consulere Episcopus veluit honores Statuæ fieri publicos, dum tota ad fidem regio adjungeretur, ne forè ab hostibus Christianorum diffingeretur, et posteritati tantus thesaurus subtraheretur. Tu.

Te Matrem.

Vesp. de sequenti.

DEDIC. S. M. DE ROTUNDA.

Duplex.

Omnia de Cozm. Dedicat.
Lectio. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

P Bened. XIV. in festis B. V. e. n. 18. Paucis ante Christi Domini ortum annis celeberrimum templum Romæ Agrippa ædificavit Pantheon appellatum, quod fœlicitis omnium gentium diis dedicavit. Circiter anno sexcentesimo decimo Beate Virginis et Sanctis Martyribus templum hoc consecrari Imperator Phocas à Bonifacio quarto Pontifice permisit, ubi quondam non deorum sed demonum cultus erat, ibi deinceps omnium fieret memoria Sanctorum, et ex structura formâ vulgò Rotunda appellatur. Tu. ꝑ. Magnum.

LECTIO 5.

Celebris etiam hujus templi fuit consecratio, cujus festi constitutus est dies decima tertia Maji, quo sacra cœremonia peracta est. Eam commemorat Beda in Martyrologio, et in Historiâ Angliæ. Magna quondam fuit hujus festivitatis celebritas Romæ et in Galliâ, ac de eis mentionem faciunt nostri temporis Martyrologia. Tu. ꝑ. Verè Dominus.

LECTIO 6.

Nunc autem ejus Consecrationis Solemnitas Romæ in eâ dumtaxat celebratur, nec extra Romam eam celebrari comperimus. In hujus Ecclesiæ codice manuscripto legitur illata illuc esse duobus et triginta curribus ossa Sanctorum martyrum è diversis urbis cœmeteriis effosa, solemniterque comportata, ac decentissimè collocata. Tu. ꝑ. In multitudine.

IN III. NOCT.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia D. Innocenti Papæ Tertii. *Serm. 1. in Assump. B. V. M.* Ad munimentum castelli duo sunt necessaria, murus et turris. Quæramus ergò, si tale fuerit hoc castellum. Sanè in hoc spiritali castello, quod est Dei Genitrix Virgo MARIA, murus exterior est virginitas corporis, turris interior est humilitas cordis. De muro Virginitatis dicit ad Angelam quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Item de turri humilitatis eadem ad angelum ait: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Habet ergò castellum istud murum virginitatis contra insultum luxuriæ habet turrim humilitatis contra incursum superbiæ. Si quando te luxuria carnis impugnat, ad hoc castellum procedere, muro virginitatis adhære, deprecare MARIAM. Quis unquam invocavit eam, et non est exauditus ab eâ? (Lect. 9.) Si quando te superbia mentis infestat, ad hoc castellum accede, turrim humilitatis ascende, deprecare MARIAM. Quis unquam invocavit eam, et non est exauditus ab eâ? Hæc est Mater pulchre dilectionis, et sanctæ spei, quæ pro miseris orat, pro afflictis suspirat, pro peccatoribus intercedit. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Agatensis de Gradu. *Gumpenb. 416.* Agatensis urbs in Galliâ Narbonen-

si Sacellum habet Beate Virginis de Gradu, quod circa quintum sacellum jam stelsse affirmant, creduntque illud ipsum esse quod Sanctus Severus Episcopus struxit quodque scaturigine limpidissimæ fontis olim dicebatur Beate Virginis de Aquavivâ. Hoc Sacellum peregrinorum affluxu celebre vocatur de Gradu. id est, de Lapide, super quem, ut tradunt, visa est Deipara orare pro Agatensibus, ne Filii jussu mare exundans inundaret urbem Agatæ. Lapis autem ipse isæ priusquam in Sacello ampliato clauderetur, magno semper in honore fuit, et in eo Virginis Deiparæ vestigia monstrabantur. Tu. Te Matrem.

CANON.

EX BENEDICTO PAPÆ DECIMOQUARTO. *Cons. 67. Ad Summi an. 1757. — Tom. 4. p. 522.*

504. Ecclesiæ Sanctæ MARIE de Rotundâ Dedicatio, utpote insignis christianæ fidei triumphus de extinctâ idololatriæ tyrannide, in Romanâ quidem Ecclesiâ, adhuc ipso die Consecrationis ejus, qui fuit tertio idus Maji, anniversariâ celebritate recolitur. Tu.

Vesper. à Capit. sequent. ut in Comm. Dedic.

DIE XIV. MAJI.

DEDIC. S. M. DE TABULIS.

Duplex.

Offic. fit. ut in Comm. Dedicat.

IN I. VESPERIS.

HYMNUS 257. *Ex offic. prop.* In templa nos vocant tua, Aris honorem ponimus Stupentes ad miracula, Hæc que die recolimus. Messis cum sicut arida, Agmen dimittis imbrum: Tabes cum serpit improba,

Dei mittis auxilium.

Ille sacrarum quas tenes Testudini stans ædium Cedit, labentem susines, Magnamque protendis manum.

Hic inaequali cui febris Artus deprecit impetu, Cui morbus incumbit gravis Lue expeditur et metu.

Quocumque jacant mano Tu sponi reducis languidis: Pra doctri medicio Tuis fidunt miraculis.

Sanare corpus quæ vales, Medere morbis animi, Et patriâ fac exules Tandem beatâ recipi. Amen.

Oratio.

Deus qui Beatam MARIAM semper Virginem innumeris in hæc Ecclesiâ miraculis decorasti: tribue quasumus, ut sicut in ipsâ et per ipsam à morbis curamur in corpore, ita à peccatorum contagiis liberemur. Per Dom.

AD MATUTIN.

HYMNUM 258. *Ex offic.*

Festa dum redeunt gaudia, lucis Virgo Mater, ades tu quoque nobis, Nati nostra tui vota benignas Communis Genitrix perfer ad aures.

Te semper facilem rebus in arcibus Urbis sensit proprio dedita cultu, Et sacrata tibi templa verendis Dudum prodigiis clara refulgent.

Quid non Virgo potes? sæpe fuerentem

Nos tuta luen dextra repressit, Et languente solo, sæpe pernisit Mittis fragiferos messibus imbro.

Tu morbos abigis, tu mala pellis: Servati placido numine civis Servare fidem factaque sacris Mandarunt memores vota Tabellis.

O Patrona piam respice gentem, Reddâ vera fides quos rapit error: Christum enixa parens optima nobis

Natos redde parens, nos quoque Christo.

Divinæ Soboli, qui dare Matrem In terris voluit, gloria Patri: Cujus Virgo parens, gloria Nato: Quo fecunda tibi gloria, Flamen. Amen.

Lect. 1. Noct. de feriâ.

IN II. NOCT.

Ex offic. prop. B. V. de Tabulis.

LECTIO 4.

Ineunte sæculo nono Sustantiones Comites in Montepessulano Sacellum construxerunt, quod sub Argemiro Episcopo Magalonsensi crevit in Ecclesiam, quæ Beata MARLE de Tabulis nuncupata est, seu ob tabellas ex voto in eâ appensas, seu quia sita juxta tabulas, seu mensas cambitorum, et mercatorum. Miraculorum frequentia, et populorum devotione percelebrem fuisse probant varia monumenta, et maximè insignia miracula, quæ anno millesimo centesimo octogesimo nono patrata sunt, quibus motus Joannes secundus de Montelauro Episcopus Magalonsensis hodiernum festum instituit. Tu. ꝑ. Magnum mysterium.

LECTIO 5.

De miraculis frequentè in eâ Ecclesia patratis mentionem faciunt Gregorius Nonus Summus Pontifex, et Joannes Archiepiscopus Narbonensis publicis diplomatibus. Pestilentiam sæpè sæpius ope Beatæ Virginis depulsam, pluviam obtentam, ægros sanatos, aliaque innumera beneficia concessa testantur instrumenta, quæ servantur in domo consulari Monspelienſi. Cæsarius Ordinis Sancti Bernardi scriptor auctor est, Medicos solitos fuisse ægros desperatos mittere ad Beatam MARIAM Monspelienſem, tanquam ad remedium efficacem. Hanc Ecclesiam

honorabiliore opere constructam Bernardus Episcopus Magalonsensis, pluribus assistentibus Archiepiscopis consecravit anno millesimo ducentesimo trigesimo. Tu. ꝑ. Verè Dominus.

LECTIO 6.

Aliam Consecrationem hujus Ecclesiæ à Guidone Cardinali factam triginta et octo post annos referunt annales urbis. Verum Ecclesia illa tanto in honore habita, decimo septimo sæculis ab Hæreticis sæpius polluta et diruta, tandem operâ et curâ Petri Fenolletii Episcopi Montispessulani reedificata est. Postea sie de novo constructam Franciscus Bosquetus ejusdem urbis Antistes, in parochiale erexit, et Carolus Pradellus ejus successor solemniter consecravit decimaquartâ die Maji, anno millesimo sexcentesimo octogesimo quarto. Cui diei hoc festum in hoc Breviario assignatum est. Tu. ꝑ. In multitudine.

Hymnia de Communi pro Dupli-
cib. Sunt qui castellum.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Sylvasoniensis de Bono odore.

Gumpenb. 709.

Hæc Deiparæ statua initia venerationis suæ accepit non alio in loco, quam in quo rusticus stipitem pauxit, et stipiti statnam imposuit, operis et laboris socio fossore, mediâ nocte inter feriam quintam et feriam sextam Parasceves. Creditum est, ipsis affirmantibus, vix stipite cespiti infixâ, odores celestes locum implevisse, quædam audissent angelorum celestem symphoniam, undè et nomen habet. Brevi sacellum ligneum ei structum, et postea cum erevisset mirra, aucta fidelium pietas aliud lapideum ædificavit. Tu. Te Matr.

Cum 2. Vesperis.

DIE XVI. MAJI.

D. V. FATARELLENSIS DE MISERICORDIA.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui Beatam MARIAM semper Virginem MISERICORDIÆ Matrem esse voluisti: concede propitius, ut qui ejus imploramus auxilium, misericordiæ illius experiamur effectum. Per Dominum.

AD MATUTIN.

HIMNUS 239.

Tenere fletus quis queat æmulos Pectus MARLE cum dolet anxium? Quis possit æquos dum triumphat Lætiæ cohibere motus?

Licet gementes sidera transvolans Nos Virgo natos liquerit orphanos: Fovere pergit corde Mater, Et miseris precibus juvare.

Quicumque mundi fluctibus exules

Luctantur, almæ Virginis invocent Pectus: quietos post periculum Illa dabit penetrare portus.

O Virgo, nunquam surda vocantibus,

Reconde sacro pectore filios; Tonantis ictus non veretur Qui gremio tegitur MARLE.

Nos tristes cæci Indibrium maris Ad luta, Virgo, littora dirige: Sis stella nobis quâ profunda Nocte ratem dubiam regamus.

Sit summa semper laus tibi, Trinitas,

Quæ cor MARLE deliciis replet: Fac nos auredet, quæ perurit Virginum sacra flamma pectus. Amen.

IN I. NOCT.

Lect. 1. Noct. de Feriâ.

ꝑ. 1. Dulcis amica Dei, Mater Misericordiæ, miserere mei, et sis mihi portus requiei: Tu rege me,

tege me, cura me, tu recrea me, allel. allel. ꝑ. Tu mea dux, mea lux, mea spes, tota mea res, mea vita, mea Mater. Tu rege.

ꝑ. 2. O nimis dilecta Virgo, quam Dei felix manus omnibus perfrugium ut esses, dedit et Misericordiæ Mater: Me quoque obtentu beato servulum tuum obtege, allel. allel. ꝑ. Ceu solent gallina pullos subter alas nudulos. Me.

ꝑ. 3. Ad fidem qui hujus Parentis gratiamque confugit, anxie præsens levamen sentit ægrimonie protinus. Nam propè est benigna cunctis rite se invocantibus, allel. allel. ꝑ. Inque viâ defluenti pro suâ clementiâ est parata subvenire, lubricosque sistere. Nam. Gloria. Nam.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex monumentis.

Fatarellæ in Cathalauniâ, duobus ab Ibero flumine leucis, per magnificum exurgit è colliculo, supra oppidum sito, Deiparæ Sanctissimæ sub titulo Matris Misericordiæ templum. Jam ab antiquo ibi erat sacellum divæ Virginis dicatum, intra turrim, quæ ad loci defensionem prominebat, situm. In eo Dertusensis Episcopus Martinus Cordoba et Mendoza Confraternitatem Sanctissimæ Rosarii die decimâ sextâ Martii anno millesimo quingentesimo septuagesimo ipse instituit, quæ, triginta et quatuor delapsis annis, ad parochiale templum divi Andrea, eò quod senes et infirmi, præsertim in hyeme, ad turrim ascendere non valerent, die tertîâ Aprilis translata est. Tu.

ꝑ. A finibus terræ ad te clamavi, dum anxieretur cor meum: Deduxisti me, quia facta es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici, allel. allel. ꝑ. Sicut turris

David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis.—Deduxisti.

LECTIO 5.

Cum verò turris fulgurum ictibus perculsa, gravis et cæli injuriis nimis affecta, in ruinam collaberet, Clerus et proceres cum universo populo in grati animi monumentum ob iudicibilia beneficia ab ipsâ sacratissimâ Deiparâ ab omnibus accepta, anno millesimo septingentesimo nonagesimo hoc novum templum excitare constituere loco ipso, ubi prius structa videbatur, ut et ipsum turris fortitudinis et defensionis esset. Nec sunt fraudati ab hoc desiderio suo et spe, nam ab innumeris ærumnis pluribusque flagellis, quæ in alia vicina oppida irrepserunt, Palarellenses Misericordiæ ab ipsâ acclamata Mater, non nisi patente, prodigio, sæpè sæpius liberavit. Tu.

¶ Erat autem turris excelsa in defensionem civilitatis. * Ad quam confugebant simul viri et mulieres, ut à periculorum experimento immunes evaderent, allel. allel. ¶ Turris munitissima, quam ædificavit Dominus in medio vineæ suæ.—Ad quam.

LECTIO 6.

Statua deniquè de cujus origine nec causâ tituli nihil liquet, in quâ Beatissima MARIA in hoc templo ingentissimè colitur, in altari principe asservatur. Marmore seu alio finissimo lapide creditur: quatuor palmis alta puerum levâ sustinet, et dexterâ sinistram ejus tenet. Pergandi crystallo, è Lutetiâ Parisiorum expressè ad Fatarellam advecto anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto, munitor. Ad tergum imaginis pulchra camera visitar, in quâ pluribus signis ex Bibliâ depromptis Deiparæ memoriæ objicitur. Incredibilis est,

in hanc Virginem populi devotio, quæ copiosissimis elemosinis totum hoc celebre templum extruxit, nec in dies, crescente impietate, decrescit. Ingens quoquè sit ad eam exterorum accursus. Tu.

¶ In MARIA se Deus clausit, ne thesauros suos clauderet MARIE, * Quos per MARIAM ceteris reclusit, allel. allel. ¶ Deriventur foras misericordiæ divinæ fontes.—Quos.—Gloria.—Quos.

IN III. NOCT.

LECTIO 5. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 23.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus, Maria Cleopha, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis. *Sermon. 1. super Salve. Regine. inter ejus opera.*

Justè Regina mundi, et Regina cæli dicitur, per quam utriusque creator et rector generatur. Verum quo pacto dicitur Regina Misericordiæ, cum misericordiâ non substantia sit, sed pietas supernæ clementiæ, vel affectio benigna rationalis creaturæ? Metonymicè ergò poterit intelligi, hoc est, per efficientem id quod efficitur, ut opus misericordiæ pro misericordiâ intelligatur. Tu.

¶ Quomodò poteris, ita esto misericors, * Omnibus misericordiam te implorantibus præstando. ¶ Miserere nostri, Domina, quæ Mater Misericordiæ nuncuparis.—Omni.

Bened. Cujus Misericordiam.

LECTIO 8.

Regina, gloriæ nomen et honoris, magnificentiæ et decoris, dulcedinis ac pietatis, amoris et honorificentæ, sublimitatis et potentia,

gubernationis et justitiæ, defensionis et gratiæ. Sancta Sanctorum hæc omnia nobis, et pro omnibus nobis, cui decantamus assidue: Salve Regina Misericordiæ. Tu.

¶ Quoniam misericordiâ tuâ magna est super me, * Eripe Domine, animam meam ex inferno inferiori, allel., allel. ¶ Misericordiâ tuâ, Domina, plena est terra.—Eripe.—Gloria.—Eripe.

LECTIO 9.

Postumus etiã sic intelligere, quod Regina misericordiæ dicitur, ut soli tribuamus divinæ misericordiæ, et non meritis, quod super omnem creaturam ipsa sanctitate ac dignitate præcellens, Regine vocabulo et honore sublimatur amplius: et jam in hoc convenienter vocatur Regina Misericordiæ, quod divinæ pietatis abyssum cui vult, ac quomodò vult, creditur aperire, ut quis enormis peccator non pereat, cui Sancta Sanctorum patrocinii sui suffragia præstat. Ea propter dicamus singuli dicamus assidue: Salve Regina Misericordiæ. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 260.

Regina verè amabilis, Mater Misericordiæ, Dulcedo ineffabilis, Totâ desiderabilis.

Quandò tu nos illuminas, Tunc lucet menti veritas, Mundi vilescit vanitas, Et intus fervet charitas.

Virgo dulcedo cordium, Fons vivus, lumen mentium, Excedens omne gaudium Et omne desiderium.

Matrem omnes agnoscite, Amorem ejus posscite; Matrem ardentè quærite, Quærendo inardescite.

Te nostra, Virgo, vox sonet, Nostri te mores exprobrant, Te corda nostra diligant

Et nunc et in perpetuum.

Doxologia de Tempore.

¶ Mater Misericordiæ, allel.

¶ Miserere nobis, allel.

Ad Bened. ant. Habes in te, Misericordiæ Mater, vires et auxilium, turrim et defensionem portum et salutare refugium; allel. allel.

¶ *¶. br.* Quæ Mater Misericordiæ nuncuparis.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Brev. Ad augend. 18. Sept. 1845. 505. Omnibus Christi fidelibus verè penitentibus et confessis ac sacrâ communione relectis, qui Ecclesiam Beatæ MARIE Virginis sub titulo Matris Misericordiæ, sitam propè oppidum la Fatarella Dertusensis Diocesis die secundâ Mensis Augusti... devoè visitaverint... ut omnes et singulas de Portuicula nuncupatis indulgentias... consequantur... ad septennium concedimus. Tu.

In II. Vesp. Ad Magn. ant. Ego murus et ubera mea sicut turris, ex quâ mille clypei pendent, armatura fortium in munitionem et defensionem populi mei, alleluia, allel.

DIE XVII. MAJI.

D. V. BARBASTHENS. DE PODIO.

*Semiduplex.**Oratio.*

Deus misericordiarum Pater, qui populum tuum Beatæ MARIE Virginis apparitione recreare dignatus es: concede ut hoc beneficium recientes, tibi perpetuâ charitate adherere, et ejusdem Virginis patrocinio perfui mereamur. Per Dominum.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Offic. propr.

Clementissima Virgo, ut antiqua monumenta testantur, pio Pastori, cui nomen Balandranus suavissimis concentibus noctu admonito, super montem leucā circiter ad occidentem versū Barbastro, appares inler amygdali ramos, eum sibi deinceps fore sacrum indixit, injungens ut templum ibidem extreretur, quo uberes gratias implorantibus opem suam, se collaturam spopondit. Fidem Barbastri civis narrationi statim adhibuerunt, quam testis probitas, miraque firmabat vultus ejus claritas post apparitionem divinitus eniscescentis. Tu.

¶ Adducam eos in montem Sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ: * Holocausta eorum, et victimæ eorum placebunt mihi super altari meo, allel. allel. ¶ Quid domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.—Holocausta.

LECTIO 3.

Supplici itaque agmine clivum ascendentes, ligneum Deiparæ Simulacrum amygdali ramis insidens invenerē, quod humi provoluti venerati sunt, et effusas Deo ejusque Matri pro singulari beneficio gratias agentes; illud postea in principe arā hujus ædis ex Virginis monitu edificata religiosisimè posuerunt. Ille autem Pastor Balandranus, cui Deipara apparuerat, postea Sacerdos factus, Sanctuarii curæ addictus est. Prodigiorum subinde fama brevi diffusa, et apparitionis veritatem comprobavi, et venerationem erga beatam Virginem à Podio ita propagavit, et auxit, ut templum hoc inter insi-

gnia Sanctuaria habitum fuerit. Tu. ¶ In pascuis uberrimis pascam eos, * Et in montibus excelsis Israel erit pascua eorum, alleluia, allel. ¶ Ibi requiescent in herbis virentibus, et in pascuis pinguibus pascentur super montes.—Et in.

LECTIO 6.

Quod Christi fideles pietate et fiducia permoti erga Virginem Matrem frequentissimè invisentes, gratiam Patrocinii benignissimè Dominae consequuntur. Ad agendum itaque ac fovendum cultum erga Dei Genitricem Sanctæ hujus Imaginis, Festum cum officio et Missâ celebrari Gregorius decimus sextus indulsit. Quod quidem festum sanctissimum Dominus Pius Papa novus Beatissimæ Virginis cultor eximius, in sequenti anno millesimo octingentesimo quadagesimo septimo, officio et Missâ propriis decoravit. Tu.

¶ Vox salutationis facta est in auribus meis: * Et undè hoc mihi, ut veniat ad me Mater Domini mei, alleluia, allel. ¶ Quid est homo, quod memoretur es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum.—Et.—Gloria.—Et.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7.

c. 11.

In illo tempore: Loquenti JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi; Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Theodoti Ep. Ancyrae.

Homil. lect. in Concil. Ephes.

part. 3. c. 9.

¶ Virginem, quæ ipsum vicit deliciarum paradisi! Ille namque genus salivarum stirpium prolulit ex virgine terrâ exortis plantis, hæc autem Virgo melior est illâ terrâ. Non enim pomorum prolulit

Barbast. 15. Jan. 1847.

arbores, sed virgam Jesse fructum salutarem hominibus afferentem. Lect. 8. Et illa terra Virgo erat, et ista Virgo: sed ibi quidem arbores nasci præcepit Deus; hujus autem Virginis ipse Creator secundum carnem factum est germen. Tu. ¶

LECTIO 8.

Neque illa terra ante arbores plantaria suscepti: neque hæc ex partu virginitatem læsit. Lect. 9. Virgo paradiso gloriosior facta est. Ille enim Dei cultura factus est: hæc autem secundum carnem Deum ipsum excoluit, ubi voluit hominis copulari naturæ. Tu.

LECTIO 9.

Commem. B. V. cognomento Novæ.

P. Octav. cajet. de effig. siculis.

Panormi anno millesimo quingentesimo vigesimo Aedes Beatæ Virginis fuit extracta. Cum enim quidam peregrinus nimium frigus vellet propellere, colligans lignorum fragmenta, ut ignem accenderet, in tabulam, quæ putei erat operculum, manum iniecit, quam frustrâ ictibus multis dissindere curavit. Re animadversâ, cuncti, ut erat, aliquid divini in eâ latere existimantes, absterso luto, quo tabula erat infecta, Virginis inesse effluigiem viderunt, atque in genua provoluti repertum thesaurum adorant. Cognito ab Antistite prodigio, ut debitâ reverentiâ deferretur Icon Deiparæ in decenlem locum, cum Clero eò advenit, suisque manibus eam supra aram constituit. Deinde elemosinis confluentibus templum ædificatum est, quod ob lætium nuntium de felici rerum mariimarum eventa à Prorege acceptum, Sanctæ MARLE Novæ nomen accepit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregat.

506. Sanctissimus Dominus noster Papâ Pius Nonus... Officium proprium cum Missâ Beatissimæ Virginis MARLE de Podio civitatis Barbastrensis Apostolicæ Auctoritate approbavit, ac universo Clero Barbastrensi persolvendum concessit. Tu.

Vesperæ de sequenti.

DIE XVIII. MAJI.

NOBILITATI B. MARLE V.

Dupl. majus.

IN II. VESPER.

Antiph. de Laudib. Reiq. de Comm.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, qui de Nobilissimâ Matre Virgine MARIA nasci dignatus es, ut qui ejus Nobilitatem devotè celebramus, ipsius protectionem efficaciter sentire possimus. Qui vivis.

AD MATUTIN.

Invitator. Jubileum Deo salutari nostro * In Nobilitate Beatæ Virginis MARLE.

HYMNUS 261. S. P. DAM.

MARIA, Virgo regia,
David stirpe progenita,
Non tam paternâ nobilitas
Quàm dignitate sobolis,
Arcem nobilitatis
De prolis stirpe trahis:
Filia quidem regum
Sed Mater Regis regum
Tu nos avulsos veleri
Complanta novo germine:
Per te fit genus hominum
Regale Sacerdotium.
Sic tibi laus, Altissime,
Qui natus es ex Virgine:
Sic honor ineffabili
Patri, Sanctoque Flamini. Amen.

Lectio. 1. Noct. de Comm.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis.
Serm. S. Joseph. art. 1. c. 1.